

50

Y94<sup>9</sup>

Qu



665.

23

DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS  
DE  
**CONVULSIO-**  
**NE**

*Qvam**AUSPICE CHRISTO ARCHIATRO,**Auctoritate & Indultu**AMPLISSIMÆ ET GRATIOSISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ*  
*IN ALMA GRYPHICA*  
*PRÆSIDE**IVIRO Nobilissimo, Excellenissimo atque Experientissimo.***DN. JOHANNE GERDESIO,***Philos. & Medic. Doctore celeberrimo, Profess. Publ. Ordin. Facult. sue  
DECANO summè spectabili, ut & S. REG. MAJEST. SVED.**Archiatro dignissimo, meritissimo,**Dn. Patrono, Promotore ac Affine owni obseqvii cultu  
æternum venerando***PRO LICENTIA***Summos in Arte Medica Honores, Insignia & Privilegia DOCTORALIA,  
MORE MAJORUM, legitime & solenniter capessendi,  
Publicæ Eruditorum Censuræ subiectæ***JOH. NICOLAUS SCHMIETERLOW,***Gryphiswald. Pomeran.**IN AUDITORIO MAJORI A. ab O. R. M. DC. XCVIII.  
ad diem Febr. horis consueitis.**GRYPHISWALDIAE,**Literis DANIELIS BENJAMINIS STARCKII,  
Reg. Acad. Typogr.*

18



666.

PIETÀ AURELIANA ROMÆ 1676



# JOVA JUVA!

## PROOEMIUM.

**D**iberanti mihi de argumēto Dissertationis Inauguralis convenienti, ac intuenti tot morborum Myriades, humanum genū affligen̄tes, dubius omnino h̄asī, quem excutiendum cligerem, quo mori recepto ac Jus sui Gratiosissimi Medicorum Ordinis, satisfacerem. Quamcunq; enim Machina nostrae artificiosissimè alias conditæ, partem aspiciam, nullam tam nobilem, tam firmis munitam praesidit reperire licet, cui non morbus ceu hostis truculentus, in singula fermè momenta, immineat. Dicere cap̄ optier minimè vereor, quod totuſ homo rotuſ ſit morbus. Gerit morbum in animo, gerit in corpore, corporisq; singulis partiib; Fluctuat animus in imperando, vires corporis deficiunt in exsequendo, vacillant partes in sustinendo. Modo enim ossa, modo membra, cutis, caput, oculi, aures, os, nares, &c. infestantur, milieque malis vexantur. Quid? ipsa vita Regia, ſplendidum animæ Palatium, fistula Æolica, fauicum angiporium, culina publica, ab horum insulib; ſe non extricaro valent: Virile decus malorum ſit ſpecus, fœminearum mammarum ubera perniciei tubera, intestina ſordium ſer Tina, optima ferula poffima ſtercora: Paucis: monſtres mihi ullam in microcosmo hoc partem, cui non ſit morborum Ilias? Si centum ad vocare Heraclitos, fœcundam omnibus miser homo ob imbecillatum miseriārumque cumulum ſtendi materiam eſſet ſuppeditaturus, cum morbum edendo, bibendo, ſtando, ambulando, dormiendo, vigi lando, querat. Quo penitioribus aniem ſedibus hofitantur infenſiſſimi nostri corporis hostes, morbi, eo abſtruſiores proculabio quoque deprehenduntur. Qui ſolidas partes occupant, oculis patere queunt, corpore ſi non vivo, tamen extincto, aſt que Ωtus mulè habent, velut caligine quādam ob ſua cernimus, cum que in iſis nervorum centris peraguntur, nondum adeò dilucidè perſpecta ſint. Crediderim hinc veteres Epilepsiam appellasse morbum ſacrum, ac τὸ Δεῖον ſive diuinum quid ſub hac latitare existimantes, hanc fidentes cauſam ex naturalibus arces cere, fruſtra ad DEUM referentes, quod citra media ſecunda eam immittat, vel opiantes inumius & revera hac noſſe. Minime vero

A 2

hinc

bine operandum, ut Medicus omnium morborum insultum in proprio experietur corpore, certus demum de singulis judicaturus, satis enim, imo melius est in alieno id visere, modo fundamentis artis sue instructus hos dignoscere ac curare valeat. Ut clarius jam eloquar, in Disquisitione CONVULSIONIS occupari, hancque pro ingenii mei tenuitatem pertractare constitui, dignam ejus perscrutationem ratione, quod singulis ferme morbis atrocissimo modo in corpus saevientibus. Quum atque Eiac complicari obseruem, hisq; perversè agitatis, musculi fibre morraces. Ecce p. n. pariter afficiantur, verbo, convellantur. Sed nonne Iliada post Homerum? nonne Aeneida post Maronem? Quippe mulieros inter WILLIAMS primas tener, hanc doctrinam non tantum uberrimè explicarunt, sed magno conatu fere exhauserunt: Egone inter Eumiles myricas delitescens, inter cedros & sylvas caput efferre:

Egone laurigeris hisce Phæbis me immiscere,  
Et stellis nebulam spargere candidis?

Nibilominus in memoriam revocans scitum ac venustum HIPPOCRATES Παράγγελμα, Tentandum, ac in magnis voluisse sat esse nemo mihi viuo verter, quod omisis alii omnibus hanc materiam veniulandam elegerim, preprimis cum eam non ut alios, sed ut me ipsum eruidam, subventionis incudem revocaverim, sicubi ergo lapsus fuerint vel ingenii tenuitate, vel rem difficilem brevissimis hisce pagellis complectendo ipsum veritatis scopum non semper attigerim, Indulgentia Tuæ L. B. benignissima ut compleas rogo. Hominem enim me esse cogita, s. e. erroribus obnoxium. Ea autem in Disputatione præsentis utar methodo, ut tradita primum Natura atque Essentia, dein subjectum, causas, differentias, signa explicem, postmodum methodum medendo seu curationem addam, idq; breviter. Summus Archiater D. T. O. M. sine cuius lumine nihil est in homine, nihil est neque publicè, neque privatum nile & proficuum, cœptis meis annuar, laboresque meos eò dirigat, ut in Divine sue Majestatis Gloriam, atque Egrotantium salutem cedant felicissime, id quod humillimi saplicibusque ore asobistor precibus!

## SECTIO I.

# SECTIO I. THEORETICA.

## CAPUT I.

### Definitionem nominalem exhibens.

§. I.

**A**cturi de Convulsione ne ἀμεθόδως id fiat, omnisq; error præcaveatur, methodo hactenus recepta philologicam ejus explicacionem præmittimus, licet hæc parum aut nihil ad morborum proflagationem conducat, & non verbis sed herbis curatio institui debeat, nihilominus moniti GAL. L. 3; de Simpl. Medic. facult. c. 2. nominum significata probe distingvere, magnum habere momentum & facultatem ad veram cognitionem, ac summi Philosophorum Dictatoris ARISTOTELIS dicterii Top. g. L. 2. memorcs, quod primum & necessarium maximè benè definiendi, feliciter disputandi & accuratè res quaslibet cognoscendi principium vocum sit explanatio; quâ neglectâ dissertationes nostræ nec de re ipsa, nec ad rem, sed ad nomina inania nuda turpiter instituerentur, pro rei exigentia considerabimus ejus Paronymiam, Homonymiam, & Synonymiam.

§. II.

Etymologiam quod attinet, vox Convulsio ratione originationis latina est, & à convellendo derivatur, nonnulli eam à trahendo deducunt, unde Græci eandem quoque per Spasmum explicant, qui contractiōnem denotat, τὸ στασμόν namq; illis est trahere.. Ut hinc hæc duo vocabula unum idemq; significant atq; promiscue usurpentur, quid & spasti vocabulum civitate Romana fermè donatum sit.. Interim cò ad unum ferè omnes Authores collimant, id quod Græcis

A 33

στασμός;

στραχυός ἀπὸ τῆς στρᾶν à contrahendo, illud Latinis **Convulsio** dicatur. Nec difficile videtur harmonicæ vocum harum **conspirationis** rationem suppeditare, quoniam quoad formale ipsum maximè convenient, cum partes Convulsæ contractionem quandam continuatam includant, talem quidem quæ hæ ita distendantur, ut ruptura earum metui debeat ex eo in primis manifesta quod illas medianis fibris motriciabus iusque p. n. irritatis summa vi trahi, sicque de pristino suo statu, ut *PLAUTINA* utamur phrasí, convelli cernamus vid. *SENN. Cap. de Convulsione*. Contradicentem quidem hic habemus *SCHNEIDERUM Lib. de Spasm. natur.* qui mirè satis atque prolixè in eos invenitur, Convulsionem per spasmum & vice versa exprimentes, ignorantiae Interpretum Græcæ lingvæ hunc errorem adscribentem, male voces has ideo distinguunt, cum convulsiones vi latinæ lingvæ essent, quæ rupta, laxata, avulsa, spasmorum hinc definitio his minus quadret, utpote per membrorum motum depravatum eos præfigurans, nihilominus tandem eandem tibiam cum illis inflat, ob longam consuetudinem & usitatam hactenus acceptionem valorem æqualem utrisque concedens.

### §. III.

Succedit *Homonymia* s. ambiguitas voces hujus, secundum quam experientia ac Veterum acceptione id comprobante, modo *latius* ac indefinite sumitur, quare notet convulsionem quamcumque nervorum, fibrarum, membranarum ac tendinum nervorum vellicationem, adeoque & **Convulsio** & **Epilepsia** & **Motus Convulsivi** sub generali hoc termino comprehendantur: Modo *strictus* & definite accipitur, quando

qvando Convulsio Epilepsia & motibus convulsivis  
contradistinguitur; ita qvidem ut in illis Convulsio  
κλωκή magis observetur qvam nonnulli spuriā ap-  
pellare amant ( κλέψη enim præcipuè inæqualem  
membri motum, hinc motus qvoqve Convulsivus  
nominatur, ultra citraqve sive qvod idem valet invi-  
tam membra contractionem, variam agitationem, vi-  
brationem & extensionem significat ) in hâc vero  
τονική cum τάσει continua, qvam legitimam capropter  
vocitant. ( Τέλος enim immobilitatem & rigorem  
membri s. membra rigidi contractionem & in uno situ  
ac figura permanentiam indicat ). Illa intermisso-  
nes suas concedit, ac est interpolata, hæc vero est  
continua, qvæ κατ' ἐξοχήν ideo convulsio inscribitur,  
qvamq; in præsens propriè hic explicare intendimus.

#### §. IV.

*Synonymia* qvoqve non prætereunda, qvæ varias  
Variorum Authorum nobis suppeditat affectus præ-  
sentis expreſſiones. Modo enim distensio modo  
rigor modo tortura nervorum à qvibusdam, à non-  
nullis tensio simpliciter appellatur, imò & aliis nomi-  
nibus qvam plurimis exprimitur, sed mittimus ea,  
cum longum Catalogum horum SCHNEIDERUS in  
Lib. ant. cit. suppeditat, ad qvem B. L. remittimus.  
Saltem illud adhuc addere licet, à nonnullis Cram-  
phum eundem dici, qvam benè qvam male aliis ju-  
dicandum relinquit, rati eo ipso sufficienter nos  
explicasse, qvando ad species Convulsionis ex flatu-  
lente causa oriundæ eundem referendum esse innuamus.  
Germanis usitata vocabula idem cum prædictis qvi-  
busdam ac ex iisdem fermè rationibus dicentia sunt,  
das Spannen / das Zucken der Glieder / der Krampff.

#### CAPUT II.

CAPUT II.  
Definitionem realem sistens.

§. I.

**P**Ræmissis iis qvæ ad nominis declarationem pertinere videbantur, ne speciosa nominum veneratione res ipsas negligamus ad intimorem Convulsionis lustrationem, pergitus, qvam à definitione reali ordimur monito Illustriss. Scaligeri Lib. de Plant. adducti, sapientis profectò esse, appositiè dicentis, proseqvi definitiones, cum προλόγεις ad scientiam essent immediatæ, nihil etiam cordato Viro dignius qvam definire, Talem E. constituimus.

*Convulsio est involuntaria ac insolita muscularum aliarumq; partium fibrosarum contrac̄tio cum rigiditate durante & dolore satis intenso conjuncta, orta ab irritatione partium nervosarum insigni, per continuum & inæqualem seu p. n. Spirituum animatum in nervos & musculos influxum & motum, sensibus nonnunquam integris manentibus, varia tamen pro Individuorum diversitate causarumq; atrocia, symptomata ac lēsiones induens.*

§. II.

Minime autem nos fugit, si Practicorum libros evolvamus aliam atq; aliam easdem suppeditare, sicut LINDANUS asserit: *Esse vehementem membra corporisq; raptationem.* WALÆUS esse involuntariam & perpetuam muscularum versus principium suum contractionem: Sed differentiam haud magnam intercedere qvivis accuratius paululum eas perpendens fatebitur, cum licet non in nomine, in re tamen maximam partem conveniamus: Aut si aliqua concedenda vel concipienda, secundum membra in definitione præsenti recensita, hæc in plurimum horum enumeratione causa-

causarumque additione consistet, sive quod ex hypothesibus nondum evictis sit deducta, ut hinc veritas vel falsitas ea sub examen aliquantum revocata facile appareat. Interim sicut unicuique liberum relinquitur arbitrium, ita nostra jam data definitio nobis probatur, quam idcirco accuratius paullo investigabimus.

### §. III.

Genus Convulsionis in contractione consistere diximus involuntaria, quam ipse sensus testatur, motus namque muscularum tonicus tunc depravatur cum partes congrua alias habitudine se justè extendendi, inflectendi, attrahendi &c. gaudentes, contrario plane modo se habere experimur, i.e. haec ob rigiditatem potentissimis hisce destitutæ alienum à naturali motum sustinent, spiritus quippe inordinate agitati, huncque perversum motum muscularis reliquiasq; fibris motricibus imprementes, inflando eas ac distendendo ultra debitam mensuram, eas ad contractionem maiorem sollicitant, verbo, positum earum naturalem everunt. Nec aliter quoque affectio haec explicari poterat cum motum huncce involuntarium & p. n. à naturali quoad impellentia ordinaria ac organa operantia non differre constet, nisi quod vitiosè contingat, in statu enim naturali musculi pariter contrahuntur, abbreviantur, extenduntur, laxantur &c. licet motus iste sit blandior, nec cum partis lassione eveniat. Haec indicasse hic saltem sufficiat in sequentibus quippe ulterius declaranda. Regeris autem ἡριόμενον adhuc manere, annon melius convulsio per tensionem definiatur, cum haec τονέσθιτ illam potius absolvat. Sed nonne illa ipsa distensio sive tensio

B

in

In Tetano v.g. apparet etiam est contractio: Quanquam membrum tetano correptum distentum rigidum rectum occurrat, ex eo provenire facile elucet, quod ab utraqve parte tam anteriore, quam posteriore musculi æqualiter contrahantur, ut neuter alteri cedat, aut ab alio vincatur, hinc illa rigiditas. Motus propterea SENNERTUS, ut irrefutabilem hanc esse demonstracionem, convulsionem per contractionem muscularum p. n. describere, concludat, cum actionem in statu s. n. his alias propriam, ac omnium optimè per illam definiendam. Multo minus in concussione ratio formalis querenda, cum hac ratione minus aptè quamvis aliis ita visum explicetur, nisi ad Epilepticam velimus petrahere.

§. IV.

Bene quippe, quod hic monendum erat, Convulsio sive spasmus & σπάσμαδεια πάθη s. convulsivi motus sunt distinguendilicet utriq; in eo convenient, quod muscularum contractionem involuntariam pro genere agnoscent, attamen in eo differunt, quod (1) in vera convulsione nulla nonnunquam sensuum tam internorum, quam externorum sit conturbatio, in motibus autem convulsivis ea semper observetur. (2) In convulsione membrum contractum in rigiditate perduret, cuius contrarium motus convulsivi membrorum concussionibus, agitationibus, variisq; vibrationibus sat manifeste ostendant cum situs differentiam haut unam candemque continent, quod vulnera capitis, Epilepsia, febres malignæ abunde declarant vid. SENNERT. de Convuls. Referunt Authores ad concussions hasce clonicas parvam illam concussionem, in emissione, seminis q;reæ quæ accidit, ut de

678.

ut dehinc à Medicis etiam philosophis **DEMOCRITO**  
præsertim, Epilepsia parva cōitus sit dictus. Sicut  
pariter convulsivis motibns vel iis cognatis annume-  
rant, ubi qvorundam corpus sub primum somnum  
ita concutitur, ut lectum tremere ac concuti faciat,  
homoqve indè expurgiscatur. Vid. **SENN.** l. all.

§. V.

Præter voluntatem muscularum horum contra-  
ctionem fieri in Definitione innuimus, est *αἰσχρός καὶ  
ἀνροάτης*, cum affectus hic musculos aliasqva partes  
fibrosas ad motum involuntarium sollicitet, eoqve  
ipso involuntarius fiat motus in parte, qvæ alias  
moveri voluntariè solebat, i. e. licet in organis vo-  
luntariis contingat, ad differentiam tamen motus  
voluntarii ita expressimus, ubi partem modo exten-  
dere modo contrahere, tensam cum primis relaxare  
licet pro Iubitu ac voluntate nostra.

§. VI.

Molestam qvandam sensationem, qvam alias do-  
loris nomine insignire solent, taliter afflictos sustinere  
ullum negaturum haut facile crediderim, si non alio  
certè vel hoc argumento convinci poterat qvod par-  
tes fibris nervis undiq; stipatae, eoq; nomine exqui-  
sito sensu gaudentes ultra modum tunc contractæ cer-  
nantur, qva ratione non potest non fieri, qvin hæc  
magis magisqve continuata, fibræ hæ cum partibus  
ob perceptam tam ab internis qvam externis causis  
vellicationem molestiam summam patiantur, sensati-  
onis ac motus munus alias gerentes.

§. VII.

Vt ab aliis complicatis affectibus convolutionem  
distingueremus, differentiam insimul adjunximus,

B 2

tam

tam ratione subjecti quam causarum viarumque,  
 quemadmodum enim in Apoplexia repentinam o-  
 mniū operationem animalium in toto corpore abo-  
 litionem, à vitio cerebri in primis ortam, cum spirandi  
 difficultate & stertore, in Epilepsia subitam cum  
 omnium sensuum sublatione s. conturbatione hinclo-  
 tius aut qvarundam partium concussione, convulsio-  
 nem à motu ουν animalium per nervos depravato,  
 simul quoqve in cerebri recessibus impedito, prove-  
 nientem, in Paralysi motus nonnunquam sensuum  
 extenorū freqventius tactus ablationem à ουν  
 corpore horumque influxus interceptione enatam,  
 in motibus convulsivis membrorum hinc inde va-  
 riā agitationem cum cerebri qvandoqve ac sensuum  
 læsione observamus, ita in convulsione speciatim  
 sic dicta sensus illius tristis s. doloris indicio præ-  
 sente peragi hanc sensibus aliquando integris ma-  
 nentibus, pariter ac cerebro, membris licet contra-  
 Etis atqve in rigiditate servatis, constante qvidem  
 seu permanente, tum κατ' ἄρσην, ad differentiam con-  
 vulsionis alterius interpolatæ, qvæ cum continua  
 magis membrorum conqvassatione, peragitur, tum  
 κατὰ θέσην, qvod hæc convulsionis sit genuinum si-  
 gnum & reqvisitum ut scilicet constans sit ac perma-  
 nens. Distingvitur alias in spasnum emprostotonum & Opistotonum, Tetanum etiam, ubi istud  
 convulsionis genus Corpus antorsum, Illud retror-  
 sum flectit, hoc vero idem, rectum & distentum te-  
 net; sic, à particulari sede aut parte aliquâ affecta  
 utpote Oculo, Ore, dentibus, pene &c. oriuntur  
 Species Spasmi; Strabismus, Spasmus Cynicus & Risus  
 sardonicus, Trismos, Satyriasis, &c. Quemadmodum  
 etiam

etiam ratione accessus Convulsio est levior & gra-  
vior, in respectu ad causas sincera & spuria, Idiopa-  
thica & sympathica & circumstantiae temporis Con-  
stans & cito transiens &c.

### CAPUT III.

Subjectum s. partem affectam deter-  
minans.

#### §. I.

**P**artis affectae cognitionem qui habet, morbum  
qvoq; huj; facile novit, qui morbum novit facile  
eundem tollere valet. De subjecto E. inqvirendo ut  
simus folliciti illudq; indagemus & ordinis ratio & ne-  
cessitas pro investigandis causis ac curatione institu-  
enda postulat. In hoc determinando miram inter cla-  
riissimos Medicos tam Veteres quam Recentiores  
altercationem observamus, testantibus eorum Scri-  
ptis modo cerebrum modo nervos, modo  $\Omega$ tus ani-  
males, modo tendines accusantes, qvosdam pro carnis  
fibrosa certantes, alias, cerebrum ac cerebellum una  
cum spinalis medullæ initio, plurimos musculos par-  
tem affectam sive subjectum adæquatum afferentes.  
Liceat opiniones eorum paucis attingere, dein qvoq;  
nostram adjungere, quo appareat, quantum nobis  
scum consentiant, dissentiantve.

#### §. II.

Ex Veteribus primò mihi nominandus **GALENUS**,  
qui L. de loc. affect. & Comment. in Aphor. 67. Sect. 4. ce-  
rebrum primarium hujus morbi subjectum, sympto-  
matum Authorem asserit, licet postea de se ipso fa-  
teatur, Lib. de fœtus format. se ab hâc opinione utpote  
absurda recessisse, atque at aliam ab aliis Viris in-  
troducing transiisse. Adstipulatur huic ex Arabi-  
bus

bus AVICENNA junioribus qvibusdam, ut Job. TALGAULT. Job. SCHENCK. assensione & explicatu ac experimentis rem confirmantibus.

§. III.

Nervorum vitium qvi accusant, sunt pariter GALENUS qvando Comment. 4. in lib. Hipp. de artic. nullam partem convulsione corripi ait, nisi nervi afficiantur. Ex Junioribus C. CELSUS affecto huic assensum præbet it. RONDELETIUS convulsionem contractionem in nervis ad suam originem s. principium citra voluntatem affirmans.

§. IV

Qui  $\Omega$ tus animales subiectum dicunt, WILLI-  
SIUM Antesignanum seqvuntur de morb. Convuls.  
e. i. eo adducti argumento, ut hi proximum motus  
instrumentum, ita & convulsionis partem affectam  
contendant. Vid. qvoqve BONETT. SEPULCH. c. 1.  
s. 13. de Convuls. Tendines ac carnem fibrosam hic  
primariò affectam esse Veterum ac Recentiorum non-  
nulli volunt, & qvidem qvoad tendines, cum ratio  
illa ab horum Propugnatoribus allata ex simili fun-  
damento ac de  $\Omega$ bis adducto petita, eandem non  
ulterius proseqvemur, ex eo qvippe probare nitun-  
tur, qvod hi constricti nimis aut obstructi,  $\Omega$ tus è  
fibris carnis redeentes non facile admittant, convul-  
sionibus hinc occasionem suggerant. vid. SCHNEID.  
de Spasmis. Posterioris dilucidationem explicationi  
partis ex nostra mente primario affectæ reservamus.

§. V.

In cerebro ac cerebello una cum radicum spina-  
lis medullæ initio locum hujus mali ponunt non pauci  
cum FRANC. DE LE BOE SYLVIO, hoc qvippe ut  
*spasmodorum*

πρῶτον εἴτε αἰσθητικὸν ἵτα & πρῶτον κινητικὸν primum movens & impellens, puta ad motum secundum, animalem & voluntarium, in qua sententia quoad spinalem medullam assentientem habet, CHESNEAU, qui hanc subjectum credit, in quem tamen SCHNEIDERUS valde invehitur, eum blennum, gravedinosum, errorum veterum deliramentorumque Parentem vocans.

§. VI.

Si reddenda sit ratio quare Authores modo hanc modo illam partem affectam statuant, & pro subiecto agnoscant, nulla alia dari poterit, quam quod consensus partium inter se se accusandus sit, quo haec mediantibus fibrillis nerveis invicem communicant. Communio ista sat manifestè ex inspectione & demonstratione illa oculari apparet, quā modo per nervos, modo per membranas, modo per vasa communia conspirare mutuò observamus, revera enim una pars si non tota quod antenius alteri annexitur, quatenus ossibus tendines, tendinibus musculi, muscularis nervi & vasa sanguinea non tam implantantur, quam continua sunt ut non nisi cum violentia aut laceratione divelli queant, hinc rationibus quoque Antiquos haut destitui cernamus, saltē quod subiectum proximum & immediatum non attigerint, id quod maximè definiendum erat.

§. VIII.

Hoc E. ut clarius pateat necessum est ut distinguamus (1) inter convolutionem completam, de qua hoc loco præcipue sermo est & incompletam, analogicam, fundamento ex ipsius motus differentiis desumpto. illæ nempe partes magis proprium subiectum convolutionis specialis sine dubio sunt dicendæ, quæ completum

pletum motum animalem exercent, quæ vero hoc minus gaudent, convulsione generali affici valent, ut intestina, aliæque partes membranose, non item subire completam. Quidque quælibet pars pro suo modulo convellitur, unde in convulsione musculi magis infestantur. (2) *Subjectum Convulsionis universalis & particularis* hic attendendum venit, cum hujus strictior ambitus sit & pauciores, haec illæ in specie corripiantur partes, illius latior & plures concurrant.

### §. VII.

His in genere præmissis, cum, quomodo sequentia jam intelligi & accipi debeant, satis dixisse videtur, musculos subjectum principale & proximum statuimus, cum enim hi proprium & adæquatum motus voluntarii s. naturalis qui s. n. fit, instrumentum sint ac omnium penè Anatomicorum consensu musculi fibrillis nerveis abundantes pro motus voluntarii instrumento habeantur, meritò & pro certo concludimus, eosdem etiam motus illius depravati s. p. n. subjectum primarium esse dicendos: Eo ipso autem tendines nervos ac reliqvas corporis partes per se ad motum non facientes, non penitus excludere volumus, quippe nervi instrumentum motus mediatum sunt, i. e. hi quidem partes non movent, at immediato prius descripto motus potentiam concedunt: ligatis namque iis, scissis, compressis, muscularum & partium ad quas distribuuntur, motus & actio cessat. Pariter & ossa subjectum mediatum constituere non negamus, ad motus firmitudinem, constantiam, complementum, facientia & ipsa sua articulatione variâ actioni muscularum velificantia, ac hoc nomine tendinibus alligata passim se magis haben-

habentia, siq[ue] videm implicite sub partium fibrosarum  
titulo in definitione nostrâ continentur.

§. IX.

Confirmat sententiam nostram PETRUS FORESTUS, qvando spasmum invitam musculorum contractionem dicit, ac LUD. DURETUS, spasmum sedem in musculis habere afferens, cum in musculos tantum convulsio propriè dicta cadat. Addendus his HIERON: MERCURIAL: cum antea alleg: pariter faciens: Qvandoq[ue] videm L. 2. de morb. puerorum, ait, si rem ipsam omni authoritate postposita, expendamus, nervi non movent partes, sed musculi, nervi autem sunt veluti canales, per qvos facultas movet ipsos musculos, sive enim per motus, sive instar luminis hoc fiat, in præsens non disputabimus, non esse autem nervos qui moveant, hâc unâ demonstratione evinci potest, qvod si capiantur nervi statim atq; mortua sunt animalia, nervi inqvam musculis implantati, facillimè discinduntur, ut non sit rationi consentaneum in motibus animalium vehementibus, posse eos tantâ vi convelli & commoveri. Demū concludit; musculi ergo sunt qui verè contrahuntur. Licet argumenta pro thesi ipsius confirmanda allata, non tanti valoris judicem, qvin limitationes suas adhuc patiantur, imò qvoq; negcm, probare ea, qvæ probare debebant, nihilominus eō fine illum adduximus, qvo constet, & alios semitam nostram calcasse.

§. X.

Sed cum de prava corporis nostri dispositione haud commodius differere liceat, qvam si conditio hominis s. n. sive constitutio partium naturalis à Physiologis nominè Sanitatis inscripta, probè fuerit

C perspecta,

perspecta, pariter nobis incumbet, ut tum structum  
tum motum muscularum præmitterem naturalem,  
ex qibus nempè partibus musculi constituantur, &  
qvid propriè muscularum nomine veniat, à qibus  
fluidis ad movendum impellantur, & qvomodo hæc  
in contrahendis musculis agant, deniq; modum dela-  
temus, qva ratione tensio illa motiva, i. e. motus  
muscularum naturalis præstetur.

## §. XI.

Haud vacat eqvidem per longum illa deducere, cum  
non sit præsentis instituti, atq; actum agerem qvando  
*STENO* & *BRUN* accuratam Myologiam, *BORELLUS*,  
Magnific. *BOHNUS* Præceptor qvondam meus,  
magna cum nominis sui veneratione mihi compellan-  
dus, ac Excellentiss. *ORTLOBIUS*, Patronus ac olim  
Hospes summe suspiciendus, prior in *Tract. de Motu Ani-  
mali*, posteriores in *Dissertat. suis Anatom. Physiologicis*  
doctrinam hanc, clarè atq; evidenter satis tradide-  
rint, pariter nec diversas istas, motus in homine, diffe-  
rentias considerare placet, (qvas distinctius tradere  
brevitatis causa non licet) saltim supponere qvædam  
huc imprimis facientia & tanq; concessa, qvo major  
lux postmodum dicendis affundatur.

## §. XII.

Dicimus E. (i) omnes corporis partes solidas, ex  
fibris construi tanq; simplicibus, unicè partium  
similarium nomine insigniendis, cum ultra eas in ana-  
lysi partium corporis naturalis, progreedi A natomico  
non licet, qvæ à *LINDANO* fila, à *SENNERTO* villi  
appellantur, sunt autem filamenta albida, plus mi-  
nus tenuia, parva, tensilia, ex qibus omnes cor-  
poris nostri partes solidas contexi, Clarissimi in The-  
atro

683.

atram Anatomico Prosectorum detegerunt, ita quidem,  
ut haec pro robore ipsarum diverso, flexibilitate, rigi-  
ditate, arctiore aut laxiore connexione, varia impli-  
catione, contorsione &c. diversas partes, pro variis  
muniis obeundis, constituant, i.e. fibræ motrices  
compositorum partium titulo superbientes, à tendini-  
bus, cartilaginibus, ossibus, &c. texturæ duntaxat  
diversitate distingvuntur, ac non tam substantia, aut  
essentia, quam substantiae modo differre videntur,  
prout in hominibus adultis ac Embryonibus quotidi-  
ana observamus experientiam, partes illas jam ossa  
duritie gaudentes, prius tendineam mollitatem habu-  
isse, hinc cartilagineas ac demum osscas evasisse.  
Fibras autem motrices describimus filamenta firma,  
flexibilia, tenacia, cylindracea, forte quoque tubu-  
losa, vel singulatim sub certa simplici ac diversa  
serie, vel in plures fasciculos collecta, motus instru-  
mentum passivum constituentia. A laxiori autem  
harum coherentia, qua sanguinem inter interstitia  
sua recipere capaces ac rubentes cernuntur, aut sub  
certo ordine membrana quadam involvuntur ac distin-  
gvuntur, modo musculi, modo ab arctiori magis impli-  
catione tendines & ligamenta, à strictiori adhuc conne-  
xione cartilagineas, ab arctissima demum combina-  
tione ossa vocantur.

### §. XIII.

Afferrimus (2) has ipsas fibras motrices musculos  
formare, hincq; non ineptè dici musculum ex congerie  
muscularum minimorum, coalitum esse, quos recen-  
tiores recepto inter Anatomicos termino, in formatos  
seu perfectos ac non formatos seu informes, ac imper-  
fectos distingvunt, ut formatos dicant plurimarum

taliū fibrarū, ad se invicem in unū systemā collec-  
tiones, certo ordine ab aliis, imò membranā sāpē  
distinctas, ut ea ratione non modo distingvi, ac sepa-  
rari queant, sed denominationem quoqve pecu-  
liarem aut ab usu vel insertione, figura, situ, sub-  
stantiā, fibrarum serie &c. suscepint, hinc modō recti,  
modō obliqui, masseteres, digastrici, pectorales, ser-  
rati, lividi, lati, &c. nominentur: Non formatos  
vero nuncupent quaslibet congeries atq; expansiones  
carneo-fibrosas, sculatores, seu angustiores, seu una  
fibrarum serie gaudentes, seu ex pluribus coagmen-  
tatas, quales tunicæ carneæ œsophagi, ventriculi,  
vesicæ vasorum sanguinorum monstrant, hinc nulla  
peculiarī denominatione insignitas, quod fibræ motri-  
ces singulæ magis & exsangves, partibus diversis aut  
intertexantur seu fibris vicinis implantentur, aut ten-  
dinibus manifestis omnimodè destituantur, si scilicet  
se ipsas moveant & sui arctatione subjacentia spatia  
comprimant, aut in membranas sub-vel super instratas  
seu adjacentes terminentur, v. gr. intestinorum fibræ  
transversales in mesenterii fimbriam.

#### §. XIV.

Addimus (3) in muscularum consideratione necesse  
esse eorum partes distingvere in communes & pro-  
prias: Ut communium nomine veniant arteriæ,  
nervi, vena& & vasa lymphatica, hic communem,  
sicut in aliis partibus, adducendo & abducendo,  
operam præstantia: Propriæ sint, quas secundum  
*STENONEM* in medium & extrema dirimere, optimum  
erit. Ultrarumque harum eandem esse substantiam,  
modo saltim differre, ac ex fibris constare motricibus  
in ventre musculi fibras motrices laxius cohædere, in  
extre-

extremis seu tendinibus arctius jungi, qvi sanguinem  
capropter excludendo, albantes apparent §§ antecedent. jamjam brevibus innuimus, ut hinc ulteriore  
dilucidatione supersedere possimus. Illud saltem  
addere lubet, fibras illas motrices, qvas cylindrulos  
illos firmos ac tensiles dixi, qvive certo ordine  
in musculos disponuntur, atq; primariam eorum par-  
tem constituunt, non ut unam continuam fibram, per  
totum musculum excurrentem, debere attendi, sed  
ut ex minoribus adhuc aliis coagmentata m-. Sub-  
stantiam illam adhuc peculiarem, ac Antiquis imo &  
Recentioribus, *PESALIO AQUAPENDENTE*, *MOLI-*  
*NETTO* ultra fibrosam in musculis concepta, & caro aut  
tomentum villosum ab iis nuncupatum, silentii peplo  
involvimus, cum licet rubedo & glutinositas talem  
innuere videbantur, non tamen musculi partes inte-  
grantes sunt aut eidem propriæ sed sanguinis partes  
residuæ, in vivis per fibras circulantis, in mortuis  
congruentes ac concrescentis, qvi quoq; salva  
substantia sive per macerationem, sive per coctionem  
cum ▽a facile cluci, ac in tabidis secedere valct-.

## §. XV.

Supponimus (4) nullum corpus à se ipso moveri,  
sed ut mobile evadat alio impellente opus habere, cum  
motus natura consentiente, & secundum R. *CARTESII*  
demonstrativam ac non effectam methodum, non nisi  
partium mutuò sibi occurrentium, pro diversa ad agen-  
dum aut resistendum habitudine, varia tendentia ac de-  
terminatio sit, qva aliæ alias superant aut ab aliis supe-  
rentur, aut impellantur, aut fissantur, &c. Prout E.  
hoc de omni corpore dictus Philosophus affirmare  
potest, ita in compage nostra organica & maximè con-

cinna puta id manifestò liqvet, se ipsam non move-  
re, eapropter impellente qvodam indigere, qvam  
vim rectissimè partibus fluidis tribuimus: Musculi  
namque ad contractionem naturalem præstandam  
maximè inidonei sunt, nisi à fluidis qvibusdam impel-  
lantur; Duplex autem recensetur fluidum illud, Ωosum  
per nervos ad musculos & omnes partes movendas  
distribui solitum, experimento *BELLINIANO*; hoc  
sangvinum, affluxu qvippe ad partes non minus  
ad motum contribuentes, experimentis *STENO-*  
*NIS*, *BOHNII*, *VIEUSSENII* &c. Utrorumque horum  
fluidorum tanta est necessitas atqve amicabilis con-  
sensus, ut unum absq; altero motui præesse nequeat,  
altero horum deficiente & hic deficiat, ab illis nempc  
modificationem istam sustinens, ita tamen ut fluidæ,  
motuum impressiones, partium solidarum reactioni,  
qvodammodo adscribant.

## XVI.

Fluidorum ulterius horum, spiritus puta & sanguini-  
nis concursum actuarem s. moventem sub rarefacti-  
onis aut elasticitatis qvadam specie concipere placet,  
missis nunc illis Authorum terminologiis, modo sub  
explosionis modo effervescentiæ formâ impetum  
hunc determinantium, qvippe hypothesibus adhuc  
dubiis superstructis; ita ut afferendum Ωbus animali-  
bus subesse elasticitatem tales qvidem à pressione  
externâ intensam s. actuatam, moderatorem tamen  
spiritum & sanguinem fibris muscularum interfluum  
vehementiorem, instinetus s. ab objectis externis,  
s. appetitui intrinseco impulsu impressus agnoscere, illā  
in tendentia s. nisu muscularum naturali s. restitutio-  
nis motu, hanc in exagitationibus illorum sponta-  
ncis

ncis s. velementioribus observabilem, Pressionem  
 porro illam non esse continuam sed tremulam ac  
 oscillatoriam i. e. clateri nūum non obstantem,  
 qvin potius expansioni s. activitati momentula conce-  
 dentem reciproca, probabile est. Virtutem autem  
 illam motivam sufficere fibris musculorum, pro natu-  
 rali tendentia, qvam alias motum tonicum appellare  
 solent, à BORELLO vero sub vitalium motuum nomi-  
 ne exprimitur, credibile, magisq; evidens evadet for-  
 sitan, si Anatomica experimenta adhibenrur decenter,  
 docentia, qvemvis ferè musculum suum obtinere  
 Antagonistam, ut altero agente alter passivè se ha-  
 beat ac vice versa, eosdem vclut in æquilibrio qvo-  
 dam teneri, jam vero si unus alterum superare debeat  
 ac prævalere, reqviri ut alter novam vim fortiatur;  
 Tendentia autem illa mutua summè necessaria est, ut  
 in continua ad motum pronitate ac aptitudine inve-  
 niantur, ex hoc qvoq; manifesta, qvod in extre-  
 mitate una musculo discesso, hic ad alteram resiliat,  
 sicut Antagorista dissecto, alter mox prævaleat, atq;  
 contractionem illam exseqvatur: Qvam reciprocam  
 librationem, propriam fibris BORELLUS affirmat, nosq;  
 ab æquali illa Ωnum ac sanguinis in omnes partes in-  
 fluxu, provenire asserimus. Simulac vero in statu  
 naturali æquilibrium hocce, tolli nova accessione mo-  
 toris debet, vim qvoq; novam musculis accedere  
 concipiendum, qvam fluido nervo intra musculos,  
 hos moventi, adacto adscribimus, non obstante, qvod  
 primum miremur, qvomodo tantillo accessu, æquili-  
 brium illud superari, ac tantis agitationibus extraor-  
 dinariis sufficere possit, cum BORELLUS mechan-  
 icam, possibilitatis illius demonstrationem à Claris-

fmo.

fimo STURMIO confirmatam, sat manifestè dederit:  
Sc. Quum intra fibrillas undulantium virtutem expan-  
sivam, extendi vel ab impulsu quum extraordinario,  
vel à fibris ab objectorum contactu, in contracturas  
s. spasmos leviores concitatis, hinc in angustum ma-  
gis coactis, inexistentium quum machinulis ac spiru-  
lis, prout instrumenta mechanica aerem comprimen-  
tia, exempli loco inservire poterunt.

### §. XVII.

(6) Qvoad ipsum muscularum motum pronuncia-  
mus, illos dum agunt ac contrahuntur, ratione fibra-  
rum suarum inflari sive abbreviari, qvando ad con-  
tractionem, corum latitudini crassitiei plus accede-  
re, longitudini vero aliqvid decedere observamus.  
Musculi eqvidem dum intnmescant, atqve rigidio-  
res redduntur, continuæ ipsis tendineæ fibræ retrahuntur,  
& per partes illas, qvibus inseruntur, retrahuntur,  
hac autem ratione eas modò inflecti, modò  
extendi, modò attolli, modò deprimi, modò con-  
stringi, modò laxari, &c. Qvi eorum, ratione situs  
alternationes, an per corrugationis, an attractionis,  
an explosionis terminos concipi debeant, hic prolixè  
diducere nolo, sangvinem ut sociam causam ad mini-  
mum admittere nullus dubito. Vid. *Circulus Anat. Physiol.*  
*Excellentiss. BOHNII*, atq; in *Histor. part. Oecon. Animal. f. n.*  
*Dn. D. ORTLOB.* ubi hacce de materia plura.

### §. XVIII.

Ex suppositis hisce nunc faciliior de motu musculo-  
rum p. n. sive convulsione formari poterit conceptus;  
Si qvidem hic prout vel fibræ rectæ, vel transversæ im-  
petuntur, vel æqualiter, vel inæqualiter afficiuntur, ita  
partes

& ante & retro tensæ in æquilibrio rigidæ permanent, modo in anticam vel posticam partem contrahuntur, relaxatis sic suo modo Antagonistis s. musculis oppositis, qui ipsi pariter tunc convelli ac tendi ad sensum cernuntur. Et cum lateraliter ramifications nervorum ad partes excurrant, ratio in promptu est, quare non uno modo utrinq; convulsio invadat, sed interdum dextrum saltem latus, sinistro illæso, & contra, interdum utrumque convulsionibus corripiatur.

#### CAPUT IV.

### Causas evolvens & distingvens.

#### §. I.

**D**um solliciti sumus in inquisitione causarum, ad ejusmodi extraordinarios aut præternaturales motus quos sub convolutionis, & convulsivorum actionum titulis, concipere sat agunt Medici, contribuentium, longum foret à Veteribus atq; Recentioribus conceptas de his opinione, recensere aut examinare adeoq; in amplum descenderemus campum unde brevitati studentes, flores Authorum juxta methodum nostram in fasciculum colligemus, eosq; ita attingamus ut in tanto dissidentium numero, suum cuiq; pulchrum dicentes, liberumq; arbitrium cuivis diversimode sentiendi relinquentes, nostram mentem quoque profaramus atque probemus.

#### §. II.

Causam igitur immediatam & proximam convolutionis quod attinet, hanc difficultibus multis premi VALES. de TARANTA fatetur, adeo enim intricatam & controversam apud Clarissimos Medicinæ Promachos reperiri, ut vix ac ne vix quidem, qualis statui debat, intelligatur, imo multorum Medicorum mentem

D

hanc

Hanc convellisse, ex hoc labyrintho se extricare nescientium, ut idè Thesæ filo opus esse videatur cuius ductum sequentes se expedire & tandem ad veritatis portam pertingere valerent. *HIPPOCRATES* & multi cum eo proximam causam in repletione & Inanitione posuere, ad quas omnes alias retulerunt illam vel è sanguine deducentes vel ab humore pituitoso, à sanguinè quid: si scilicet vita otiosa, crapula, ebrietas, præcesserit, unde Convulsionem subito in corpore etiam alias benè constituto obortam recensent, à pituita autem, quæ se eodem modo ac sanguinis in nervorum musculorumque substantiam insinuaret, modò musculi tantum dilatentur aut intumescant, secundum profunditatem longitudinem atq; latitudinem, ac contrahantur, Convulsionem tunc exoriri sibi concipientes. Mediatis vero causas nunc in Rebus Naturalibus Spiritibus sc. humoribus, temperamento; Nunc Non-Naturalibus vitiosaque diæta, Nunc Preternaturalibus Morbis puta symptomatibus & Morbificis causis quærentes.

### §. III.

*PARACELSIUS* confuse satis pro more citat causas, allegans sùm q̄rii. Æ + toso imprægnatum & pro varietate causarum quinque harum species indicans; dum illam aut ex læsione, vulnere, ictu, contusione, casu, abbreviatis nervis, aut ex calculo renum ac vesicæ, aut ex colica, acetositate fellis & Melancholiæ membra convellente, aut ex irâ, aut ex vino enasci probare conetur: Alibi eam ex frigido h. e. vento excitari, vel flatu, eo planè modo ac ex cibo ac potu alio loco ex q̄rio quodam Microcosmico hunc affectum ortum trahere ajac.

### §. IV. HEL-

69a.

§. IV.

*HELMONTIUS*, Philosophus ille per ignem, Convulsionem à Blas vitali muscularum ex Archeo innato suscitato fieri arbitratur, incusans malignum qvid in Archeum muscularum irruens, vitæque insidias struens, varias pariter in eâ admittit species, qvarum recensionem ob prolixitatem evitandam studio supersedere volumus, Cap. interim ejus de lithiasi N. 131. 132. has legendi cupidis commendantes. Partium autem omnium contracturas exinde dolorificas fieri judicat, qvia Archeum acrene, ponticitate, aut gradibus caloris aut frigoris iciunt, dolorem namque intensissimum ab  $\Delta$ e deducit sc. ab alcalibus aut corrodentibus  $\Delta$ i proximis, austenis, ponticis & acidis, mox dein salsis, acribus, amaris sive vnenis, qvæ ille sat ingeniosè proponit.

§. V.

*THOMAS WILLISIUS* particulas heterogeneas & valdè explosivas  $\Omega$ būs animalibus in hac aut illa corporis regione agentibus accrescere supponit, dein ex iniqua hāc combinatione & irreqvieta hujusmodi materia & spirituum collisione crebras vchementesq; explosiones editas, paroxismos  $\sigma\pi\alpha\sigma\mu\omega\delta\epsilon\iota$ s inducere declarat. Qvoties enim particulis  $\Omega$ num animalium  $\Omega$ uo- $\Theta$ inis aliæ diversi generis particulæ à sanguine arterioso intra fibras musculosas ubiqve interfluo, Nitro- $\Phi$ reæ nempe, accederent illisq; intimè accrescerent, protinus elisiones & velut explosiones instituerentur, hæque explosiones spasmodicæ non solum in musculis, sed etiam in membranis, ventriculo sc. intestinis, mesenterio aliisq; partibus exsangvibus, Authore hoc afferente, contingent. Plura qvi

D 2

cupit

cupit, adeat aureum ejus Tract. de morbis Convuls.  
C. I. ubi perqvam judicose ratiocinatur.

§. VI.

*FRANCISCUS DE LE BOE STYLVUS* modo aciditatem, modo acrimoniam qvandam in fluidis corporis accusat, modò bilem, atram præprimis, ut omnium accrimam ac acidissimam, modò pituitā putre factam hanc enim aut acidum in se continere occultum, aut Θ lixiviosum culpat qvæ acrimonia atq; aciditate sua membranosas cerebri, cerebelli, ac spinalis medullæ, nervorum, verbo, omnes partes ita vellicarent, ut non possit non, qvin vehemens, continuus ac copiosus οuum animalium ad muscularum fibras motus, convulsio nempe, eveniat.

§. VII.

*CARTESIANI* Veterum amplecti sententiam in hoc causarum genere nulli dubitant, causam convulsionis à repletione & inanitione nervorum pariter derivantes, eundem qvoque demonstrandi modum adhibentes, argumento nim: à chordis in cithara deprompto, sicut illæ præ nimio calore aut siccitate contrahentur, ita nervis convulsis eadem causaretur. Ut adeo in hos quadraret illud proverbium apud JCtos alias usitatum, qvi veritatem rei summam confirmatur, Julianum id scripsisse ac verissimum esse dicant, cum & Marcellus perpetuus Juliani Censor consentiat.

§. VIII.

Sed hactenus aliarum opinionum recensioni inhaesimus, qvarum adhuc qvædam adjungi possent, si instituti nostri ac temporis ratio eas adscribere concederet, remittimus proin Curiosum Lectorem ad Praetorium libros, Cum harum sententiarum censuram susci-

fuscipere nequaquam nobis vindicemus ; Misfitis Ergo aliorum opinionibus, quid nosmet ipsi arbitremur, pace tamen rectius sentientium, exponemus. Causam sc. immediate proximam dicentes irritacionem partium nervosarum insignem, Mediatam vero Continuum admodum inordinatum impetuosum ac p. n. Quum animalium influxum ac motum, Remotiores autem causas ex modo enumerata serie Naturalium, Non-Naturalium & Preter-Naturalium Rerum, de-  
promentes. Istam autem jure, immediate proximam dici manifestum, cum eam inter & affectum nihil intercedat, Illam autem modo enumeratam causari, rur-  
susque ab hisce nunc separatim nunc conjunctim pro-  
duci in aprico est.

### §. IX.

Et hic forsitan explicandum esset, quid irritatio ? quid partes nervosae ? quid spiritus ? quo ita magis complete de causalitate allegata judicari possit. Et quidem ιρρίτησις seu Irritationis vocabulum gene-  
rale est, significans quodcumque irritamentum, quo  
quovis modo vires vitales redduntur infirmiores,  
labefactaturque illa secundum Naturam indita potes-  
tas, sicque nonnunquam etiam ὥργασμος vocatur.  
In specie vero ejusmodi hic denotat vellicationem  
qua nervosae partes, maxime in musculis laboriosae,  
aut plures, aut omnes, aut unā, aut successive, aut  
gravius, aut levius, in sua diathesi, habitu, situ,  
motu, actione & reactione turbantur & quidem insi-  
gniter, cum quævis levis irritatio non statim mer-  
atur convulsionis nomen.

### §. X.

Per partes autem nervosas non saltim intelligi-

D 3.

mus,

mus canales istos teretes , aut ductus oblongos ,  
 Spiritum animalem in diversas partes , pro sensu &  
 motu deferentes , unde quoque harum actionum  
 audiunt instrumenta , sed quatenus quoque includun-  
 tur fibræ , Ligamenta , tunicæ , tendines &c. & præ-  
 primis in musculis ita organisantur , ut non saltim  
 fiant organum delativum imperii voluntatis , sed  
 quoque executivum motus voluntarii vid . *BARTHOLIN. Anatom. L. III. THOM. WILLIS. Anatom. Cerebr. C. XVII. seqq. HELMONT. Tract. Catarrb. delir. & Libias. C. IX. n. 15.*

### §. XI.

De spirituum porro natura pro intentione ali-  
 quid dicturi , verba Excell. Doct. ORTLOB. in Dis-  
 sertat. Physiol. XXI. de Quum animat. secret. & nat. meritò no-  
 stra facimus ; Elegantissemè autem ille : Dolendum  
 summo perè Medicis est , in parte corporis nostri adeò nobili , pluri-  
 marumq; actionum precipuo instrumento tantam in ejus natura  
 dignoscenda caliginem esse ; Evidem ipsos fluidum subtilissimum  
 tam ex glandularum secernentium , quam organorum distribu-  
 entium summà exilitate , acutum & summè mobile ex ipsis  
 effectibus licet agnoscere : Verum in conceptu specialiori for-  
 mando heret aqua & mens in primario connexionis sue cum  
 corpore instrumento penitus determinando fluctuat : Causa esse  
 videtur quod partim adeò singulare , ut vix simile in tota rerum  
 natura , cum quo comparationem admittat , inveniatur.  
 Peculiarem namque fluidi hujus texturam ex eo cer-  
 nere licet quod omnis odoris expers , penetrantissi-  
 mos liqvores chymicos superet , nihilominus pariter  
 tam modificata gaudet mobilitate , ut his tenacius  
 ac fixius intra compagem partium solidarum coerci-  
 bile videatur : Prius effectus ejus infiniti sat luculen-

ter

ter testantur: Posterior ex eo probatur, quod ab objectis externis illud quasi repellatur atque ad interiora determinetur, dirigaturve, cum ictus chymici vix ullis vasis aut obduraculis coerceri queant. Ut capropter utique asserendum, ictus animales chymicos non tantum mobilitate atque activitate supereare, sed mobilitatis hujus suae peculiarem determinationem s. modificationem involvere, ratione cuius nihil sibi par in rerum natura habeant, i. e. cum nihil occurrat, cui per omnia aut pleraque sua phænomena s. operationes similes existant, ex effectibus pariter illorum formalitatem idè haut valeamus, hinc factum, ut natura s. textura ictuum à nemine forsitan mortalium adhuc explicari potuerit. Nihilominus tamen quo pro conceptu quoddam de iis formando aliquid definiamus, Excell. D. BOHNUM seqvi licet Progymn. Phys. Anet. 41. sic differentem, illos prudenter si non philosophicè commentatos fuisse, conceptu satis generale negotium complectentes, multas sanè lites hinc devitantes, ex specialiore horum determinatione alias oriundas, adeoque ictum nomine comprehendimus fluidum quoddam subtilissimum, energeticum ac valde mobile, materiale tamen, quod motus premium & sensus instrumentum activum primarium constituit. Vel designamus iis corpuscula summè mobilia s. sphaerica, vel potius actu in motu existentia, tenuissima atq[ue] insensibilia adeoque maximè activa, quæ à cerebro, præs. ex sanguine separata per genus nervosum ad omnes corporis partes ordinariè leni ac aquabili quoddam undulatione derivantur, ab appetitu autem atque objectis diversimode determinata, majore impetu hinc inde ferruntur, atque non modo motus & sensus primarium instrumentum existunt, sed etiam quibus mentis atque corporis commercium præ ceteris exercetur. Aliis ita eos describere placet,

cet, qvod sint portio illa aëris mediæ naturæ, qvæ inter respirandum sanguini commiscetur, hujusqve particulas exagitat postqvam sc. ab hoc denuò in cerebro secreta systemati nervoso tendentia sua varia elasticitatem impresserat. Facilè jam, cur fluidum hocce nūm titulo insignitum fuerit, ex dictis clu- cescere poterit, ob subtilitatem nempe aliis corporis nostri liqvidis majorem, sensus etiam fugientem, exprimendi formulâ à Chymicis mutuata, liqvida effi- ciora, activa, valdè subtilia; puriora, ab aliis nūm nomine distingventibus : Animale autem dictum, distingvendi causa, qvod tale fluidum præter anima- lia in aliis corporibus non inveniatur atqve actiones, qvibus illa ab his distingvantur, eodem peragantur.

## §. XII.

An vero Spiritus hi analogi qvid habeant cum igne, ejusqve affectione, luciditate ad opinionem *WIL- LISII* aut cum sulphure, ad modum Spiritus vini, jux- ta *BORELLUM*, aut Θε acido cum *PASCHALIO* aut qualitate dulcoris cum *WIRDIGIO* aut sub succulentia qvadam seu liqvoris formâ concipiendi, secundum doctrinam *ENTII*, *GLISSONII*, *MALPIHGII BORELLI*, *VIEUSSENII*, qvibus adstipulatur *D. BERGERUS* *Diph. d. Succ. Nutrit. per Nervos transit.* determinare vix ausim. Opinionis alias prime contrariatur Recentiorum Physicorum de Δe conceptus, ubi non pro sub- stantia, sed certâ qvadam particularum certarum modificatione habetur, alteri obstat denegata inflam- mabilitas, tertia & quarta nota ista Medicorum regula acida nervis esse inimica, & frustra per sensorium lingvæ tentata exploratio. Qvinta experimentis sa- tis validis evinci vix potest, licet enim ex medulla spinali

spinali & nervis discisis, à multis observata manifesta  
 exstilatio humoris, qvem alii, similiter admota chartâ  
 bibulâ, tentantes, excipere nequaquam potuerunt;  
 Attamen nondum sufficienter probat qvod debet,  
 siquidem controversum adhuc, an id proprium Nervorum & singulare fluidum, an vero commune, cum  
 aliis partibus omnibus, liquidum? An per Nervos  
 aliis partibus nutrientis, an Nervis ipsis nutricatus  
 gratiâ adducatur? An à rupturâ vasorum lymphaticorum, qvibus prædicti quoq; Nervi, contigerit idem?  
 Affert lucis non parum Experimentum ab Excellentiss.  
*Dn. D. BOHNIO*, ex hâc intentione factum, qvod cum  
*Act. Erudit. Lips.* insertum sit hic tœdiose repetere noluimus. Sufficit dixisse, esse fluidum aliquod subtilissimum, volatile, summe actuum & conditionis æthereæ, qvale autem illud sit juxta qualitates elementares & reliq;as, tacemus merito.

### §. XIII.

Sed forsitan de τῷ esse spirituum debuissimus  
 esse sollicitim agis, priusq; evolutæ essent conditi-  
 ones eorum aliæ. Sed cum nemo existentiam vocet  
 in dubium, inanem actionem ageret is, qui in mani-  
 festâ se exhibere vellet præter modum curiosum; rati-  
 one differentiæ & distinctionis eorum forsitan oriretur  
 dubii aliquid, cum alii spiritum unum specie, cun-  
 demq; solum per corpus agitari, hocq;ve, (à princi-  
 pio radicali, spiritu genitali scilicet promanans, post  
 in organis diversis successivè determinatus, motuum  
 ac sensationum diversarum autor existens) actuare &  
 habile reddere, afferant, alii è contra eos in *Naturales*,  
*Vitales*, *Animales*, *Genitales*, &c. distingvant, & pro  
 diversitate actionum in *Oeconomia Animali* diversi-

E mode

mode nuncupentur; ast sine, ut credimus, contradicione invicem, cum unus *Öconomiae* præfixus concedi possit spiritus, ratione tamen puritatis, exaltationis, locationis, nobilitatis, &c. meritò distinguendus.

## XIV.

Explicandum tandem videtur operum pretium esse. Qvi fiat, qvod *Ωtus* alias summè fugaces ac mobiles in convulsione tamen vera coagulentur, obtorpefcant, ac quasi congelascant, iisqve ita constitutis, pars quoqve contracta ac convulsa immobilis & in rigiditate constante permaneat: Congelatorem aliquem ut heic concipiamus, necessum est, qvem autem determinare difficultum arbitramur. Peregrinum aliquod sed fixius, secus ac in Epilepsia, iis accedere tamen concedendum, qvod vim eorum elasticam supprimat, non tamen plenariè, cum nec irritatio cesseret. Spiritus enim ad quemcunqve motum obeundum prompti, citra imperium partem alioqui sanam in tendentia naturali servant, motum præstando in hanc influunt, irruendo illuc qvorum amandantr: Ast fixitate iis inducta, præsto est malum; Fertur eqvis auriga, nec audit curius habens. Nimententia illa naturalis aliquomodo restricta est, cum in motu naturali, voluntario, directivo, *Ωtus* musculos inflando, hanc ad imperantis mentis sententiam tollunt, pro robore ipsorum huc illuc convertendo, actionibusq; præstitis ad pristinum tonum eos redire concedunt, i. e. ad rigiditatem ac tensionem naturalem. Secus autem in Convulsione contingit, idem quidem *Ωtus* est, qvi in partes musculosas influit, sed p. n. se habens, ac ob peregrinam sibi affricatam labem

tabem rigiditatem heterogeneam ipsis pariter impri-  
mens: Qvippe continua deprehenditur, hinc talis  
ctiam materia supponenda, qvalis continuari valet,  
ut inflatio perennans ac continua fieri possit. Pecu-  
liare in eo quid fovet Convulsio, inter Catalepsin  
ac Epilepsiam quasi media, sicut enim in priori Ωtus  
non tantum intra cerebrum, sed intra nervos quoqve  
ac musculos figuntur, in posteriore major irritatio  
observetur, ita in hâc non modo irritatio quædam,  
sed aliquod quoqve Ωtus coagulans deprehenditur.  
Qvamvis etiam casus dentur medii, ubi modo infla-  
tio convulsiva tonica exercet corpus, modo κλός  
jungitur, potiore tamen priore illa, quod quia magis  
insuetum, ideo quoq; in admirationem magis adstan-  
tes rapere solet. SENNERTUS in explicando hoc  
phænomeno in vera convulsione, sive vaporem, sive  
humorem nervos vellicantem, penitus in horum sub-  
stantiam se insinuantem iis adhærentem, citat, adeoqve  
infixum quasi, in convulsivo vero motu materiam ner-  
vis non adeò pertinacius adhærescere, sed facile  
iterum excuti, hacqve iterum nervos affiente,  
convulsivos motus continuari, tamqve diu durare,  
vellicante hâc totâ discussa putat: Sed genera-  
libus nimis terminis rem hanc complectitur, ut adeò  
difficultatibus immersa maneat, nec specialis quidem  
conceptus de ea formari possit. Quia autem omnia  
rem medicam concernentia interdum experimentis  
dignoscere non semper valemus, hinc Analogismo sæ-  
pius uti convenit; Heterogeneum hocce autem, qua-  
lecumque illud sit, Ωbus impressum atqve eos ad fixi-  
tatem talem deducens, opiatorum aut Narcoticorum,  
incrassationis quodam modo, agere videtur,

E2

hoc

hoc enim motus suum animalium sufflaminatur  
seu suspenditur, perinde circiter ac V. suum æ in  
offam cogere, experientia chymica docet. Quamvis  
hoc longè blandius in corpore nostro contingere pro-  
bable sit, i. e. ad tenuiorem quasi nebulam suus sta-  
tim condensetur.

### §. XV.

Et tantum de causis proximis immediatis aut con-  
tinentibus, mediatis quoque aliis; ultra has recen-  
sentur adhuc plures, non equidem tam immediate affi-  
cientes, interim tamen ad morbositatis effectum mul-  
tum contribuentes, immò causæ causarum existentes,  
unde sunt quædam antecedentes seu disponentes, quædam  
occasionales seu moventes, Proëgumenas alias dicunt, & pro-  
catasticas, quædam sunt evidentes, quædam latentes,  
quædam interne, quædam externe, quædam per se,  
quædam per accidens agentes, quædam communes, quæ-  
dam propriae, quædam positivæ, quædam privativæ, &c.  
De quarum distinctione consulantur institutionistæ,  
*FUCHSIUS, SENNERTIUS, MOEBIUS, SCHENCKIUS,*  
*ROLFINCKIUS etiam in O. & M. Med. Gen. &c.*

### §. XVI.

Nos de causis hisce aliquando dicturi, consideramus  
eas quatenus in *Rebus Naturalibus, Non-Naturalibus &*  
*Præternaturalibus*, nidaluntur. Istic enim Tempera-  
mentum frigidum, humidum, phlegmaticum, cali-  
dum innatum suffocat, stagnationem humorum viti-  
osorum, modo descriptæ indolis, acriorum etiam circa  
principium nervorum, cerebrum, aut nervos ipsos, di-  
versi ordinis, concedit, consequenter diathesin natu-  
ralem ad ejusmodi molestum affectum inducit, unde  
ex hac ratione æstatem puerilem ei subjectam magis  
notat.

notat **HIPPOCRATES** III. *Aphorism.* 28. Nonnunquam  
siccum & calidum incusandum quoque est, nervos  
enim & musculos quasi corrugat, coarctat & contra-  
hit, ut in cholericis; Spiritus rariores, immutati, de-  
biles, fugaces, meticulosi, &c. contribuunt non minus  
ad ejusmodi alterationes periculosas, accedentibus  
imprimis animi motibus, quibus subjectum id genus  
temperamentorum maximè est. **Lilic** (α) Aer (cujus tanta  
omnibus corporibus necessitas extat, ut siquidem omnibus aliis  
abstineat homo, neque cibum sumat neque potum, possit tamen  
dies vel tres, vel plures ducere. Si cui vero spiritus in corpus  
via intercipiantur; in brevi parte unius diei intereat. **HIP-**  
**POCRAT.** de flatib. Oper. S. T. I. p. m. 400.) frigidus cere-  
bro nocet **GEORG. BERTIN.** L. VIII. de Sanit. tuend. C. VII.  
Humidus etiam corpus torpidum reddit, cruditates,  
& humores multos pravos generat, **HEURN.** L. VII.  
**Instit. Med.** C. II. Catharros fovet, **TRINCAVELLUS** L. I.  
Cons. 3. & L. II. Cons. 10. Maximè hyemalis, qui horum  
vitiorum feracissimus **ROLFINCK.** L. II. Consil. 14. Sic-  
cus quoque praeter fas arctat, convellit ac colligit  
**GALENUS** Comment. VI. *Aphorism.* 39. De venenato,  
mercuriali, arsenicali aut aliter malignè & vitiōse  
conditionato, res clara est. (β) Cibus & potus partim  
multiplex & facultate dissimilis, ut enim nimia vari-  
etas medicamentorum mortem, ita alimentorum mor-  
bum excitat, partim solidus & larga manu oblatus,  
sicque calorem ventriculi obruens & generationi crū-  
ditatum occasionem praebens; Generaliter eā de ma-  
teria **COUS** de flatib. Ubi praeter naturam copiosior cibus  
ingestus est morbum id creat II. *Aphor.* 17. & **SENNER-**  
**TUS** *Instit.* L. II. P. II. C. II. Ex cibi nimia copia, cache-  
xia & alia mala ortum habent; Partim frigidus &

E 3.

diff.

difficilis concoctionis unde SOLENANDER: in Vertigine & frigida cerebri intemperie abstinendum ab omnibus cibis, crassi, frigidi, viscidi alimenti, à cibis multos fatus generantibus, ab iis qvi difficile concoquuntur: Ab omnibus illis, qvi vel natura sua caput afficiunt, vel illud vaporibus replent, Sect. I. Cons. 2. Ratione potus sentiendum idem, modo ratio habetur temperamenti, ætatis, & temporum anni, non defecatus certè semper nocumento, vinum in quantitate ingestum non raro hujus mali existit origo vid.

RODERIC. à FONSECA Consult. Medic. T. I. Consul. xxxvii.

(γ) Motus & qvies, somnus & vigilia, in specie in subjectis temperiei frigidæ, phlegmaticæ catharrhisque affectis qvies nimia, & ubi præter fas indulgetur somno, adjuvant, nonnunquam etiam creant morbum huncce, cum è contra exercitationis excessus, & à somno abstinentia seu Agrypnia, præprimis in imbecillioribus ejusdem effectus solent esse procatarcticæ causæ. (δ) Excreta & Retenta ubi vel retinentur excernenda, vel excernuntur retinenda, vel vitiosè retinentur aut excernuntur; undè huc pertinent maximè, qvæ ratione causalitatis ex inanitionis & repletionis fonte petuntur à veteribus argumenta. (ε) Animi Pathemata, Timor, qvem ad facultatem fugientem refert AVICENNA, Mœror, Ira, Spiritus suppressendo, explodendo, depauperando, inordinate movendo, imò in furorem conjiciendo, ad spasmodicos motus contribueat potenter, Experiens Magistra edocemur quotidiè. Hic Res Præter Naturam accidentes ut Morbi, Symptomata, morbificæ causæ tragicæ ejusmodi effectus særissimè solent esse causæ occasioñales & moventes. Sic post multam sanguinis effusionem

tionem convulsionis meminit **HIPPOCRATES** V. *Aphorism.* III. Post morbillos, **ROLFINCKIUS** Medic. Special. Consultator. L. II. *Cons.* XIV. A flatibus **REINERUS SOLENANDER** Sect. II. *Cons.* XXIII. A Cephalalgia & Vertigine, **IDE M.** Post vulnus & venereum morbum, **OZIAS AIMARUS** *Observat.* X. Ab ungvibus incautius resectis, **JOHANNES RHODIUS** Centur. *Observat.* L. In hydropico lethalis, post articularem morbum, Choleram sævissimam, ab uteri indispositione & post comedtos fungos, puncturam nervi per venæ sectionem, casum ab alto, &c. &c. **PETRUS FORESTUS** *Observat.* LX. de cerebr. mort. *Observat.* CIII. seqq. A dolore aurium, **HIPPOCRATES** in Coac. Cervicis & faucium, **IDE M** Ibid. Pectoris, **FRANCISCUS VALLERIOLA**, Stomachi & Intestinorum, præsentibus nonnunquam lumbricis, **SENEX** D. L. V. Epidem. **GENTILIS FULGINAS**. **ANTON. BENIVENIUS**, **ANTON. MUSA BRASSAVOLUS**, **MARCELLUS DONATUS**, **HIERONYMUS GABUCINIUS**, **VICTOR TRINCAVELLUS**, **JOANN. SCHENCKIUS**, **AUGUST. THONERUS**, **JOHANN. BAPTIST. CODRONCHIUS**, **HERCULES SAXONIA**, Dentium, **HIPPOCRAT.** III. *Aphor.* 25. **GALENUS**, **ORIBASIU S**, **PAULUS ÆGINETA**, **PHILOTHEUS**, **GEORG. VELSCHIUS**. In primis infantes, quando dentiunt, sæpissimè convelli, notum satis est: Ab ulcere Phagedæno frontis, Excell. **DN. PRÆSES**, *Affinis meus etatem asumatisimus*, &c. &c.

### CAPUT V.

#### Signa recensens.

##### §. I.

**C**onsideratis ita quodammodo causis properamus  
ad signa, quæ distingvere in communia & propria  
Patho-

Pathognomonica seu Diagnistica, & Prædictoria seu Prognostica solent Medici, & à læsa partium constitutione, turbatis actionibus, qualitate mutata, pulsu, □na, sanguine, habitu corporis juvantibus & nocentibus &c. ea desumere, secundum conditiones eorum & suum conformare iudicium, hujus Artis periti.

§. II.

Signa *DIAGNOSTICA* non sunt semper eadem, sed prout affectus levior aut gravior, remissior aut pertinacior, ita symptomata signa suppeditantia, nunc pauca, nunc multa, nunc sveta, nunc rariota, apprehenduntur. In nervorum distensione autem ut pl. adest dolor cum virium jactura, motus contra voluntatem & ita coactus muscularum, conseqventer certe nonnunquam partis, nonnunquam etiam totius corporis violenta incurvatio & rigiditas, vebemens maximè in Spasmo Emprostbotono & Opistbotono, aliquando oculorum, maxillarum orisq; distorsio & constrictio, sensus aliquando integri manent, in primis in leviore, aliquando abolentur ad tempus, imò ratione internorum, communis scilicet memorie & phantasie non raro detrimentum patiuntur: Somnus aliquando valde urget, &c. &c. Ex pulsu & □na vix aliquid certi ad specialem morbi hujus diagnosin contribuens, desumi potest, cum ille & haec sæpiissime à sanorum nihil differant, nisi quod, ob consumtionem virium insignem, post paroxysmum pulsum debilem tardum, rarum, &c. præprimis in phlegmaticis, deprehendere liceat, quandoque etiam turbâ in Oceano sanguinis motâ □nam præter fas & colore & hypostasi & sedimento mutans. *PROGNOSTICA* statum futurum & quid concipendum spei aut metus sit, prænunciant ex regulis Artis, sicque statuitur generaliter spasmus omnem esse periculosem, universalē tamen periculosorem

lofiorem particulari. Specialiter ratione (1) Imminenție; hujs notæ creduntur angusta & luctuosa respiratio, pulsus rarus, durus, exiguis, risus surdonicus, tremor manus egri occultus, alvus siccescens, □na aquæ similis & cruenta, nonnunquam ejus retentio, facies rubescens, singultus, dolor capitis, lumborum & clavicularum ex PAUL. L. III. C. XV.  
 P. FORESTUS & COUS: Cervicis & dorsi perfrictiones appa-  
 rentes per totum corpus, his & sbumosis □narum excretiones cum  
 animi deliquio, atq; in oculis totius lucis impedimentum, Con-  
 vulsionem propè significat III. Prim. Prorhetic. Com. XX.  
 Et post vigilias desipientia, Convulsionem brevi futuram denun-  
 ciat. GALEN. VII. Aphorism. comm. (2) Subjecti. Pueri  
 ad Convulsionem paratores sunt, ob imbecillitatem  
 corporis & pituitam facile coacervatam, post pueros  
 vero mulieres, qvæ facile cerebro consentiunt ob uteri  
 vitia & nervorum mollitiem, pariter & Senes ob calo-  
 ris defectum IDEM SENEX I. Epidemior. L. VIII. (3) Tem-  
 poris. Magis qvoq; hyeme expectatur & in constituti-  
 one frigidâ V. Aphorism. 17. GALEN. Comment. II. I. Epid. 24.  
 (4) Eventus, v itæ scilicet aut mortis; Sic AESCULAPIUS  
 COUS, ex vulnera convulsio letalis est. V. Aphorism. II. Simi-  
 liter post hæmorrhogiam largam Ibid. Aphor. III. Sanguine  
 multo effuso convulsio aut singultus accedens, malum. Ratione  
 febrilis accessus præsentis aut accedentis, ita: Febrem  
 in convulsione fieri melius est, quam convulsionem in febre,  
 II. Aphor. XXVI. A convulsione aut distensione nervorum vexato,  
 febris accedens morbum solvit, IV. Aphor. LVII. E contra,  
 in febribus acutis convulsiones item ex somnis timores aut con-  
 vulsiones malum, Aphor. LXVI. LXVII. Porro: Convol-  
 sio ex Veratro letalis V. Aphor. I. Post ebrietatem convulsus  
 moritur IBID. II. Quicunq; à distensione antrorsum & re-  
 trorsum corripiuntur, in quatuor diebus percunt, si vero bas

F

effugerint,

effagerint, sani sunt, IBID. VI. Plura loca parallela vid.  
passim in Aphor. & alibi. (5) Modi eventus, ubi expe-  
rimur ut plurimum, qvod materia ad cerebrum de-  
lata, aut morbo in Aplexiam degenerato, mors  
sit in confinio. Salutariter interim terminatur, Urinis,  
Sudoribus, &c. Ad mortem, suffocatione.

## SECTIO II. PRACTICA.

### SEU MEDENDI METHODUM TANGENS.

#### §. I.

**H**Aec monstraturi recurrimus via tutâ, methodoq;  
non minus rationali ad triplicem fontem istum  
Medicum, Chirurgicum scilicet, Pharmaceuti-  
cum & Diæteticum, non neglecto respectu eo, qvem  
ratione syndromes symptomatum, ætatis, sexus,  
temporis, &c. habere debet sollicitus morborum  
Profligator.

#### §. II.

Et sic Chirurgia suppeditat frictiones, ligaturas,  
eucurbitulas, Scarificationes, Venæ sectiones, Ves-  
catoria, Setacea, Fonticulos, Trepanationes, Embroca-  
tiones, cum distinctione adhibenda. *Fricatio* mollis &  
multa, solvendi, dura, nonnunquam etiam cum pumice  
sensibiliter tentanda, minuendi, & vapores nocuos ad  
peripheriam corporis trahendi, potentia gaudet, estq;  
posterior, in paroxysmo maxime utilis, utraqve vel  
sicca est vel humida, cum hic noxa nervina abhicitur  
simul. *Ligaturatum* extra paroxysmum, tum in paroxy-  
smo, & qvidē satis fortis, ne scilicet decumbat materia  
cum impetu ad locum affectum, aut impediatur humo-  
rum affluxus, imprimis præcludatur via ad cerebrum:

Cucur-

Cucurbitula scarificata & non scarificata, Vesicatoria, Setacea, Fonticuli adhibentur revulsionis & evacuationis gratia, saepius cum solamine ægrorum. De Vene- Se: nescio quid statuam, cum multi Practicorum commendent eam etiam in tenerissimis infantum corporibus, saepè tamen tragicò eventu. Nos, ubi causa sanguinis stagnatio, partis alicujus inflammatio, ordinarii cuiusdam fluxus retentio, plethora, &c. Revulsionis, evacuationis & imminutionis ergo ex usu venire, asserere non dubitamus, de cetero ratione hujus Operationis cautè agendum putamus. *Trepanatio* locum habet, quando vel per casum, vel contusionem frustulum ossis craniî velli- cando meninges, aut evacuatus sanguis ichorofus factus, illic locorum, rodendo excitat motum p. n. & distentiones tales morbosas, ex circumstantiis facilè judicandas. *Embrocatio* seu *Impluvium* obsoletum videtur remedium.

### §. III.

Nunc ad Pharmacæ accedimus medicatum fontem, hausturi ex eo Aqvas Soterias Balsamosq; vitæ Patriarcharum, aliter tamen in Paroxysmo, aliter extra Paroxysmum adhibendos. In Paroxysmo præter Chirurgica nonnulla jam tum enumerata, ea qvæ tensi- onem istam violentam mitigare potis sunt, vocanturq; Nervina, Ce- phalica, Specifica, &c. Interna & Externa adhibenda. Ex Regno VEGETABILI Betonic. Major. Rui. Salv. Meliss. Rosmarin. Lavend. Serpill. Primul. ver. Lil. Convall. Pœon. Angelic. Aromata varia, Re- sinæ quoq; & ligna, ut & succin. Ambr. Balsamaq; variis generis, Peruvian. Opobalsam. Thus, Mastix, Styrax, Camphor. Corall. Margarit. ANI- MALI Castor. Mosch. Zibeth. C. C. Ungul. Alc. Unicorn. Pinguid. Ser- pent. Cervi, Taxi, Vulp. Mur. Alpin. Cat. Urs. & Bezoar Orient. & Occident. Ex MINERALI imprimis ƷƷ nativ. & Ʒij, Ʒ, Unic. fossile, Ʒ ac. Et ex hisce Composita varia sub forma ▽arum simplicium & compositarum, TRarum, Essentiarum, Spirituum, Salium, Tragæ- rum, Trochisc, Specierum, Suffimigiorum. &c. Imprimis autem exaltatur Specific. ceptal. D. Mich. pulv. Epilept. March. liq. C.C. succin. lavend. Ʒia volat. diversa, TRa Castorei, Ʒe. Externè Ω Salv. Lavend. Lumbric. formic. ▽ Anhalt. Articnl. ad extra, Ol. Philosophor. Succin. Terebinth. Lavend. it. Petr. laur. lunip. Castor. cheir. Ungvens. martiat. nervin. Dialth. &c. Pro amuleto eligere solent Rad. Pœon. Lapid.

Lapid. Lazuli, &c. Extra Paroxysmum omnibus modis ad causæ ablationem respicitur, prudenter adhibitis Emeticis, Catarcticis, Diaphoreticis, Diureticis, Carminativis, Anthelminticis, Emmenagogis, &c. &c. Prædictis commode addi amant nonnulli Opiata, quæ sive cum volatilibus maritata, sive cum fixis, ob mirabilem vim suam Spiritus exorbitantes sedandi, laudibus dignis depraedantur, modo cum modestia & judicio applicentur.

## §. IV.

Et cuncta hæc adjuvabuntur oppido, accedente in diæta Regimine decenti ubi (α) Aër eligendus serenus & à subsolano potissimum ventilatus, fugiendus borealis, frigidus ac hybernus (β) Cibæ sit συχνός καὶ ἔυπεπτός, vitentur acida & austera imprimis crudiora, fructus horarii, &c. Potus sit defecatus & nervinis herbis si placet, medicatus reddatur, Vinum frigidioribus & humidioribus concedatur generosum, ast parca manu; siccioribus Cholericis ὀλιγόφορον liberaliori dosi. A crapula seriò abstinentur. (γ) Quid imperanda iis, qui per constitutionem naturalem teneri & debiles, exercendi vero robusti & validi. (δ) De Somno detrahendum aliquid in Phlegmaticis & humidis, procurandus autem in Temperamentis Siccis & ubi sensus tristis vexat immodicè miseros & prout (ε) Obstructiones alvi, θονæ & aliarum viarum non sunt admittendæ, ita arcendæ Diarrhoeæ, Hypercatharses, hæmorrhogiæ, narium, ani, uteri, &c. Vitanda Venus immodica, Balsamum vitalem depaupe- rans, motus irregulares excitans, totumq; genus nervosum per consensum extraordinariè afficiens. Et deniq; (ζ) tenendum prudens Pathematum animi moderamen, in ira, metu, mœrore, terrore, &c. nisi quis sua sponte hostem hunc accersere velit; Siqvidem recte judicante Medicorum aliquo præcipuo: PASSIONES TALES SUNT VELUT ASTRA, CORPUS MICROCO. SMICUM VALDE IMMUTARE APTA.

## DEO TRIUNI GLORIA SOLI.

Sphalmata, quæ fortean irrepsere, ac inter legendum oculos subterfugere, Tuæ B. L. Humanitati & Benevolentiae gratosè corrigenda (cum propter temporis penuriam heic adscribi non possint) ac emendanda relinquo, iisque ut ignoscas, decenter rogo.

(e)(o)(z)

709

710

1535 66

ULB Halle  
005 308 526



3

WAT






Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-362785-p0050-5

DFG

**Farbkarte #13**



23

DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS  
DE  
**CONVULSI-**  
**ONE**  
Qvam  
**AUSPICE CHRISTO ARCHIATRO,**  
Auctoritate & Indultu  
**AMPLISSIMÆ ET GRATIOSISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ**  
**IN ALMA GRYPHICA**  
**PRÆSIDE**

*IVIRO Nobilissimo, Excellenissimo atque Experientissimo.*  
**DN. JOHANNE GERDESIO,**  
Philos. & Medic. Doctore celeberrimo, Profess. Publ. Ordin. Facult. sue  
DECANO summè spectabili, ut & S. REG. MAJEST. SVED.  
Archiatro dignissimo, meritissimo,  
Dn. Patrono, Promotore ac Affine owni obseqvii cultu  
æternum venerando

**PRO LICENTIA**  
*Summos in Arte Medica Honores, Insignia & Privilegia DOCTORALIA,*  
*MORE MAJORUM, legitime & solenniter capessendi,*  
*Publicæ Eruditoruū Censuræ subjicit.*

**JOH. NICOLAUS SCHMIETERLOW,**  
Gryphisvald. Pomeran.  
*IN AUDITORIO MAJORI A. ab O. R. M. DC. XCIII.*  
*ad diem Febr. horis consuetis.*

---

**GRYPHISWALDIAE,**  
Literis DANIELIS BENJAMINIS STARCKII,  
Reg. Acad. Typogr.